

LAMPAS PERENNILUCA
 FAMÆ POSTHUMÆ
 VIRI
 MAXIME-REVERENDI, AMPLISSIMI
 atq; CLARISSIMI
 DN. M. PAULI

Bose

THEOLOGI EDECUMATI,
 atq;
 AD D. CRVCIS
 ARCHIDIACONI
 DIGNISSIMI,

V. IDUS JANUAR. A.S.R. MDCXCIV.
 IPSA SOLENNIUM EXEQVIARUM DIE
 ACCENSA

A
 PATRONIS, FAUTORIBUS,
 COLLEGIS ATQVE AMICIS.



DRESDÆ,
 In Officinâ Typograph. Elector. Saxon. Excudebat
 JOHANNES RIEDELIUS.

LAMPAS PERENNILUCA
MAXIMARI
DN. M. P. AULLI

AD D. C. RAVCIS
ARCHIDIAconi
IPSA SOLENNIUM EXOVABUM DIE
ACCENSA

PATRONIS FAVORIBUS
COLLEGIS AMICIS



DRESDEN
In Officina Typographica Factorum Saxoniae Excudit
JOHANNES RIEDERLIN





Urea qui prono fundebas flumine,
metra (cus:
Sæpius, Eusebies Pieridumq; De-
Dignus eras, cuius per funera mœsta
Poëtæ

Aoniam vellent increpuisse lyram.
Ast ego, cui dudum torpenti vena veterno
Obrigit, duri temporis instar habens,
Prodere dum meditor justum & renovare dolorem,
Quem mihi commovit mors tua, verto stylum.
Prædico felicem, qui morbos, tormina, curas,
Qui mille egregio vincis agone cruces.
Non poteris fausto magis omine scilicet annum
Incipere, auspicio vel meliore frui.
Namq; tenes, primis quantum non ulla Calendis
Eventu dubio vota rogare queant.
Quam vereor, cœptus mala plurima ne ferat annus!
Ast à te morbos tollit & omne malum.

Obitum desideratissimi quondam-Collegæ
& Compatriis lugens scribeb.

SAM. BENEDICTUS CARPZOV. D.

Quando mortali, BOSI, Te subtrahis ævo,
Deleris & Cathedram, Nosq; Tuamq; Domum,
BOSI, noster amor, longo mihi cognite ab usu,
Nunc etiam sociò junctæ labore mihi:
Atque ita quando perit promptæ facundia lingvæ,
Ingeniiqve simul nobilioris opes;
Lugeo. Sed Tibi nunc potius gratantia, recte
Si mecum reputo, dicere verba decet.
Tu nunc in supera sede, acri liber ab omni
Morbo aliisque malis, gaudia mille capis.

Supremis honoribus conjunctissimi Collegæ
scribeb.

CHRISTOPHORUS SCHRADERUS, D.
Qui

Quid BOSII CELEBRIS mortem deflemus Amici?
Vivit adhuc, ejus nescia fama mori.
Theologia decus & Sophies jubar, enthea Peitho,
Eusebies oculus, gloria & Historia.
En! quibus obruimur, subductus morte periculis,
Morte caret terris, aethere morte caret.

Ultimo honori B. Dn. Defuncti p.
Johann Bartholom. Seretiepleben!
Sereniff. Elect. Sax. Conc. Aul.

In BOSIO amisit præclarum Ecclesia fidus
Ambo sacer mystam nec minus egregium!
Selectam partem doctorum turba virorum,
Cui fuit in pretio hæc bibliotheca means.
Et quæ vel primum mihi deploranda fuisset
Sqvallida Defuncti grande domus columen!
Hæc quis non doleat? quis non suspiria fundat?
Ut sanet citius vulnera tanta DEUS!

σὺ δὲ ὑπερσπουδῶν faciebat

M. Johannes Ernestus Hertzogius,
Ser. Elect. Sax. Eccl. Aul.

Sic igitur Nos Collegas, COLLEGA, relinquis,
Defectâ dicens flebile, voce, Vale?
Sic carum sacrumque, tot inviolabile lustris
Vinclum, quodque fides strinxit abena, secas?
Sic est! TE tandem nullâ medicabilis herbâ
Iormine confecit dira podagra suo.
Erro: CRUCEM nostram, Collega, crucemq; Podagram.
Linguis: ovas ubi TE nil cruciari potest.
Dumq; annis senior, precedis in Ordine nostro,
Ut Senior lethi sit memor ipse, mones.

In honorem Collegii nostri ætate Senioris
collugens scribebat

Bernh. Schmidt / Cygneus,
ad B. Virgin. & S. Crucis Ecclesiastes,
& Ministerii Dresdenf. Senior.

Tempora dum præsens mundo novus ordinat.
annus
Mutatæ, DOMINO sic moderante, vices.

Debueras *ἡν ἰφίμορτος*, *Collega Beate!*

In *Templo Sanctæ Mysta* vacare *Crucis*.
Decedis moriens, non mortuus, æthera scandis
Ingressus *Templum Lucis*, ut absq; *Cruce*
Astes ante thronum Summi, *Lucisq; ministres*
Ornatu sacro nocte dieq; *Patri*.

Apoc. VII,
14.
Jac. I, 17.

Crux manus hîc *Tibi* erat, pes *Crux*, caput atqve
latus *Crux*

Et quid non *Crux*, dum morbida vita fuit?
Sed fuit, haut ultra est, nec erit. Mala præteriére,
Succedunt omni quæ bona fine carent.

Utere luce tuâ, lux splendet fama superstes,
Expectant lucem membra quieta suam.

Tractâstî methodum: *CHRISTI* *assecla in orbe*,
Viator;

In conc. su-
per Epist.
Dominic.
1693.

Et benè finieras, proîn meditaris iter
Mente novum, *Comprensorem* dicturus, & ecce
Non dicis, *Civis factus es IPSE poli*.

Cum *συμπάσῃ* erga lugentes

M. JOHANNES *Seebisch*
Cygneus, ad S. Crucis Symmysta.
f.

Ultra annos Nos viginti transegimus ambo
Nexu conjuncti fraterni & candidi amoris,
Primus cras hospes, vicinus postea fidus,
Compater, ac animæ curans Collega suavis.
Eheu nunc isthæc rumpuntur vincula cuncta!
Tristem me lingvis testem morbi atqve dolorum,
Omnia quævis nunquam cruciata haud membra fuere,
Testem me lingvis Doctrina concelebrata,
Quæ notum appimè docto Te reddidit orbi.
Notitia nunc salvifica edulcata fluentia
Hauris contemplans Trinunum mente beatâ.
Hunc ego supremum aeternum Tibi grator honorem
Cælitus expectans grata ac clementia Fata,

Lugens f.

M. JOH. HENR. *Ruhn.*
QVI

B

1706
Q Vi vivus graviter pro rostris dicere quondam
Noverat, & Rhetor judiciosus erat,
Bosius occubuit, dignus cui SVADA parentet
IPSA, ac ferali carmine eum decoret.
Flete Oratores reliqui, quod lingua diserta
Nunc atros solvi debeat in cineres.
Sed tamen interea post mortem scripta loquentur
Publica, quæ nobis ante legenda dedit.

Supremo honori desideratiss Dni. Coll. lug. deb.

M. Joh. Georg. Hahn.

Q Vid celsum subito mitescit frigore Cœlum?
Albis cur concreta gelu tua solvitur unda?
Gemmeus atq; sacris quare penetralibus hæret
Humor? Brumalis lætum dum Jane reducis
Annum. Proh mediò jactatur turbine lethi
BOSIUS! hunc moestis pluviis revolubilis Æther,
Albis inaccessò nivibus de monte solutis,
Deciduis ast templorum penetralia guttis
Plorant: Hoc fieri, quis nostrum, jure, negabit?
Ecquis enim nescit percelsò de Æthere natum
BOSIUM Apollineas crebro resonasse Camœnas
Per virides Albis ripas quas doctus Homerus
Miretur, linguæ quis nescit dulcia dona?
Quis, sacra recludens mysteria, templa replevit?
Quid mirum ergo Virum hunc Cœlum, Albim Templaq; flere?
Plorant: Sed lætus, BOSI, super Æthera vectus
Rides atq; novum feliciter incipis annum,
Annum quem crudele malum non inquinat ullum,
Quem nisi prosperitas æterna & gaudia stipant.
Hunc gratamur, Sancte, Tibi feliciter annum,
Annum felicem verè, quò percipis omne
Quod jamjam alternis votis optare solemus,
Sed tamen ancipiti dubiò mala quid feret ætas.
O Deus interea sobolem solare relictam
Bosiadem largò lacrymarum flumine vultum
Rorantem, dum se videt orbam utroq; Parente.
Tu illi lugubrem fecisti anni novitatem,
Tu potes atra gravis dispellere nubila luctus,
Fac redeat lætum splendentis lumen Olympi!

*Honoribus supremis Venerandi in Christo Patri &
Favoris estimatissimi scrib.*

*M. Christianus Augustus Hausen/
V. D. M. Er-*

Ergò *Serve DEI bone, BOSI, Serve fidelis*
Intrasti Domini gaudia sancta tui.
Spiritus in Caelis gaudet, veteresque dolores
Oblitus, mundum spernit & omne malum.
Molliter intereà sub terris ossa quiescant!
Tu verò in nostro pectore semper eris.

Debita Condolentia ergò f.

Christianus Beschke / Pastor
Palao-Dresd.

Der grosse Wunder-Gott: Mein hochgeschätzter Bosc!
 Hatt wunderlich mit Dir / in dieser Welt gemacht/
 Wenn Seine Hand / gar oft / Dich drückte Tag und Nacht/
 Und ließ in lauter Dorn Dich stehn / als eine Rose;
 Doch bliebe der Geruch der hohen Gottes-Gaben/
 Der Glaube und Geduld von Dir nicht ausgefesselt/
 In allen Stürmen war Dein Herze recht beherzt/
 So daß es wußte sich mit Jesu Blut zu laben;
 Daher Dein treuer Gott / als sein Sohn ward beschnitten/
 Und zartes Blut vergoß / auch an Dich hat gedacht/
 Und bald Dir zugeschiekt im Tode neue Krafft /
 Mit welcher Er Dich hat recht wollen überschütten/
 Nun ist das Trauer-Jahr zurucke / Liebster Bosc!
 Die Dornen sind hinweg / Du hast ein Neues-Jahr
 Hört! die Ihr traurig seyd: Es ist gewißlich wahr!
 Herr Bosc ewig blüht / als eine Himmels-Rose.

Schuldigst hinzu gesetzt von
Benjamin Martini, Pfarrern
 zu St. Ann.

BOSIUS æternum celebrat feliciter annum,
 Annus dum nobis itq; reditq; novus.
 Multos hóc ipso morbos superavit acerbos,
 Aegrò queis graviter corpore pressus erat,
 Molliter in tumulo nunc ossa levata quiescunt,
 Annus non ullus donec in orbe ruet;
 Deliciis semper fruitur mens incola cæli,
 Inter & Angelicos gaudet ovatq; choros.
 Gratulor hunc annum meritò, Doctissime BOSI,
 Seculo in æterno vive valeq; novo!
 Theiologum intereà Præclarum plangimus omnes,
 Et tulit hic annus tristia fata Tuis.

In honorem beatè Defuncti scrib.
 lugens

M. Johannes Gottlieb Lucius,
 S. Theol. Baccal. & Diac. Palao-Dresd.

TU quoque nunc, BOSI, pravo TE subtrahis orbi,
 Annò cumque novò vulnera nostra novas,
 Quæ sunt morte Foro VOGLERI inflictæ, facultas
 Cui data regnandi vix imitanda fuit.
 Deperit usque adeò sensim genus omne, quod ære
 A prisco est reliquum, & simplicitatis amans.
 Quæ jam damnagemunt nullo instauranda labore
 Sollicitis elegis Eusebie atque Themis.
 Nam, BOSI, ingenio vastò es complexus id omne,
 Orbis quod doctus suspicere usque potest.
 Et quis ritè queat laudum magmenta referre
 Quæ vere propriæ, Dive, fuere Tibi?
 Nulla Tui ergò meam capient oblivia mentem
 Donec in hâc terrâ est vita vigorque mihi.
 Non parvi damni est mors hæc præfaga. Columnas
 Serva, quas stantes, magne Jehova, vides,
 Inque Forò atque Chorò lapsas reparare memento,
 Ut tuus æternùm consolidetur honor!

M. Joh. Christophorus Schwarz,
 ad D. Ann. Diac.

Post tantas curas, duros dirosq; labores;
 Post varias vitæ mirificasq; vices.
 Exactos post tot morbos & mille dolores,
 Post luctus, luctam, claudis in orbe diem.
 Magne BOSI. ANDRÆ FRATRI quem JENA stupebat
 Doctrinâ Ingenio par, nisi major eras.
 Philologus, Polyhistor, Philosophusq; Poëta,
 Mysta Dei dignus, Theologusq; gravis.
 Nunc uno hæc tecum clauduntur cuncta sepulchro,
 Quæ plures Claros reddere in orbe queunt.
 Fama tamen nobis remanet, fructusq; laboris
 Templo, urna corpus, spiritus ipse DEO.

Pia memoriæ causâ appof.
 M. Franciscus Rühr/
 ad St. Johan. Bohem. &
 Germ. Concionator.

Morte cadit vitæ spargens VIR dogmata grata,
 Quem Sophiæ ornat maxima, morte cadit.
 Morte cadit modò sed fragilis vexataq; morbis
 Pars; ars, laus nullo tempore morte cadit.

Ultimi honoris contestandi gratia appof.
 Casparus Schröter/
 P. P.

211

302.

LAMPAS PERENNILUCA FAMÆ POSTHUMÆ VIRI

MAXIME-REVERERE

atq; CLAR

DN. M. I.



THEOLOGICI

AD D. C.

ARCHID.

DIGN.

V. IDUS JANUARII
IPSA SOLENNIUM
ACC.

PATRONIS, F.

COLLEGIS



MI
LI

NI

E

US.

DRESDÆ,

In Officinâ Typograph. Elector. Saxon. Excudebat
JOHANNES RIEDELIUS.

210

